

Terms and Conditions

The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:

Director: Mag. Renate Plöchl

Deputy director: Mag. Julian Sagmeister

Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek

Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:

Email: [landesbibliothek\(at\)ooe.gv.at](mailto:landesbibliothek(at)ooe.gv.at)

Telephone: +43(732) 7720-53100

Fratri ambrosii in Diogenis laertii opus ad Cosmam medicem epistola.

Voluenti mihi quadam græca uolumina uenit ad manus laertii diogenis de philosophis prolyxū opus. Id etsi auctori plus in legēdo studii q̄ inscribendo diligentia fuisse ex ipsa lectione deprehenderam: quia tamē uaria erat historia: & plurima cognitu necessaria continere uidebatur: latum facere amicis maxime id fieri orantibus statui. Quāq̄ enim sacris transferendis iam pridem studium omne tempusq; deuoueram: atq; id religionis instituto magis consentaneum: ab hoc tñ ueluti curriculo modice deflectere ut studiosis morem gererem: haudquaq̄ reprehensibile existimaui: imo hoc ipso labore meo fore ut christiana pietatis & gratia dignitas magis patesceret: ac per id fides in deū promptior ac ardentior surgeret ratio uerissima suadebat. Quādo enim inter illos qui sapientia secularis fuere principes: tanta de deo rebusq; & diuinis & humanis opinionum concertatio est: ut se inuicem destruant: neq; ubi consistas reperire possis: maiore profecto alacritate animus diuinæ dignitatis amplectitur gratiam: atque ad fontem ueritatis accurrens ueteris squallorem miseratur erroris. etsi enim apud illos sparsim probabilia quædā & ueritati consona inuenire est: mens tamen tanta opinionū uarietate fatigata libentius & gratius intra cubicula ueritatis se recipit: & diuinis libris ac litteris hauriendis maiori deinceps desiderio inhiat: & ipsa tamen quæ apud nobiliores quosq; philosophos de deo: de cælo: corporibusq; cælestibus: de natura rerū subtiliter ac uere disputata sunt ueritati christianæ maxime astipulantur. Merebatur enim profecto tam egregia indagandæ ueritatis intentio opera illa tam acris adeo celebre studium sudoris sui fructu non usquequaq; destitui: deo id permittente ut illorum quoq; testimonio fides uera firmamentum ac robur acciperet. Multa in his & dicta grauius & facta constanter inuenias: ut non modo ex illorum libris fidem inuiolabilis ueritas capiat: uerum exemplis quoq; religioni nostræ incitamentum uirtutis accedat: q̄ foedum enim quamq; plenum dedecoris est si christianum hominem & de deo suo pendentem: & cui æternæ uitæ spes certa sit: uirtuti & cōtinentiæ dare operam pigeat: cum gentiles uiros & a ueri cultu dei ac religione longe alienos: probitati modestiæ frugalitati caterisq; id genus animi humani ornamentis impensius studuisse cōperit: pluraq; exēpla huiusce pene dixerim quæ euangelicæ perfectioni proxima sunt: ut pudendum uahementer & erubescendum sit: si id minus exhibeat christi q̄ mūdi philosophus: plusq; in gentili pectore possit amor gloriæ inanis: q̄ in animo christiano religiosæ pietatis affectus: his atq; huiusmodi rationibus facile mihi persuasum est: ut hoc traducendi munus non modo ut inutile non aspernarer: seu ut noxium fugerem: sed contra penitus: ut commodum ac necessarium constanter aggrederer: Nempe si quem fore plus æquo eiusce hominum admiratio rapiat: eorum que gesta nostratis philosophiæ præferre seu conferre etiam exemplis uelit id